Inter Gnosos Wloszki Decretum

In causa et Actione coram praesenti Castrensi Capitaneali Branscensi officio vertente et agitata Inter Generosos Sophiam Szaiewska Dominam advitalicialem relictam Et Generosum Wladislaum Wloszek filium olim Gnosi Christophori Wloszek Secretarij Sacrae Regiae Mtis in Wola Juchnowska haeredes Actores. Et Generosum Stanislaum Wloszek citatum ideo. Quia ipse in contrarium inscriptionis certae per modum Divisionis inter eundem Gnosum Stanislaum Wloszek ab una et olim Generosum Joannem Wloszek Secretarium Sacrae Regiae Mtis Praefectum arcis Vilnensis factae ex alia et coram actis authenticis vadio Mille florenorum polon. firmat. nec vadium hoc idem Mille florenorum polon. in partem eandem divisionem non tenentem interpositum metuendo potius vi et violento modo certam partem fundi morgonum in bonis Wola Juchnowska sit. cuius fundi olim Generosus Joannes Wloszek Secretarius Sacrae Regiae Mtis et Praefectus arcis Vilnensis avus protestantis et parens ipsius ac ipsi Actores ab acta eiusdem divisionis vigore eiusmodi concordiae hucusque pacifici et indesinentes possessores erant et usumfructum continuum sine quovis impedimento habebant circa graniciem Kleninowska sit iam per subditos Actorum in parte coarati et ad seminandum parati et in parte exculti ademit occupavit et residuum quod non erat coaratum privata authoritate coaravit et semine ciceris fundum alienum conseminavit regulamque iuris qua cautum est neminem alienum fundum sub privatione seminis et ususfructus seminare transgressus est et contempsit Inscriptioni Divisionis contravenit et vadium Mille florenorum polon. in Inscriptione appositum succubuit ad quod super ipso et bonis eius decernendum una cum missione et deoccupatione eorundem bonorum citatur. Processu causae de his latius tractante. Hodierno itaque in Termino ex Dilationibus superioribus in prox. transactis Querellarum Terminis actorea parti ad producendam Inscriptionem vigore cuius agit item et Visionis quis eorum bonorum fuit possessor in fundo controverso per officium praesens cum geometra et Inquisitione concesso in modernos Querellarum Terminos Lgme deveniente et incidente conservato. Officium praesens Castrense Capitaneale Branscense controversijs utrarumque partium actorea per Generosum Wladislaum Wloszek a se et a matre citata vero per se praesentibus factis exauditis et debite intellectis eo attento quoniam Visio in anterioribus

ribus

42105

anterioribus Querellarum Terminis concessa officiosa non est expedita ideo inhaerendo libero consensui partium utrarumque denuo ad expediendam eandem capitato certo tempore condescensurum se obtulit. Et post peractum eiusmodi negotium vel non partibus praenominatis utrisque ad exequenda praemissa et ulterius secum ea in causa iuridice proceden in sequentibus Querellarum Terminis paratum peremptoriumque Terminum praefixit et conservavit.

Crosi Judicis T. B. — Vadium Capitaneale

Super Innotescentiam Castrensem Capitanealem Branscensem viam Executorialem qua Generosus Cyriacus Kostro Judex Terrae Bielscen Actor Pro Terminis praesentibus Nobiles Agnetem Gracska relictam Dnam reformatorialem et advitalicialem Casimirum filium olim Generosi Stanislai Kostro Tribuni Terrae Bielscensis in Kostry Podsędkowięta Ndes citaverat Pro decernendo super ipsis et bonis eorum omnibus Vadio Capitli Centum Viginti Marcarum polon Decreto anteriori officij pntis interposito per citatos vero succubito ob non admissam Actori praefato in bona sua Introonem per Mtem et Ntes duos affectat vigore ipsius perlucrorum in officio praesenti in causa Ratione eiusdem Actoris de totali et integra sorte ipsi per Nobilem Balthazarum olim Felicis Kostro super molendinum in haereditate Wolka Kostry sit coram Actis Tribus Branscensibus modo perpetuae donationis inscript expulsionis eiectionis usu et possessione paca privationis instituta iuridice productorum et obtentorum Citatione ipsa Cuius copiam sigillatam Mtis Regni Glis Providus Sierhei Kondratowicz recognovit se una integra ante Terminum pntem septimana in bonis reinductioni subiectis posuisse et publicasse De his latiore. Officium praesens Castrense Capitaneale Branscense in contumaciam ipsor Citatorum pro Termino pnti per Mtem Regni Glem Ntem Benedictum Pruszenski iuridice clamat et non comparen super ipsis citatis et bonis eorum omnibus Vadium Capitle Centum Viginti Marcarum polon decernit Et ad intromitten Actorem in bona citatorum propria perlucris Actoris onerata Mtem Regni Glem cum Ntibus duobus addit et deputat. Et ne ea Intromissio per citatos impugnetur Vadia maiora Triplicata interponit Decreti praesentis vigore.